



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1849**

XXXVII. König Ludwig versichert die Neustadt Brandenburg des Rechtes, unmittelbar vom Reiche zu Lehn verliehn zu werden, am 26. Juni 1324.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54022)

ipso aggere et cum ipsius aggeris summo et inferiori iudicio, cum vniuersis vtilitatibus, pacto et prouentibus, qui de ipsis poterunt prouenire. Volentes insuper vt vniuersarum villarum rustici, qui tempore nostrorum predecessorum bone memorie marchionum Brandeburgensium ad predicti aggeris refectionem obligati fuerunt, etiam ex nunc et in antea semper obnoxii remaneant ad dictum aggerem radicandum funditus et ad ipsum faciendum sicut fuerit oportunitate, et quod ab eodem lesio non procedat, prout etiam hec libertas in huiusmodi aggerem a nostris predecessoribus est indulta. Concedimus insuper et in proprium vobis donamus liberaliter stagnum inter ciuitatem et villas Rewant et Bogow fluens cum ceteris vniuersis aquis prope ciuitatem vndique superius et inferius decurrentibus, que Nicolao de Bone et suis patris pertinebant, cum vniuersis vtilitatibus, quibus diictus Nicolaus et sui patris easdem aquas possidere noscuntur, possidendas et habendas cum plena libertate et cum perfectione tota supremi et inferioris iudicii ad easdem: dictarum quoque aquarum distinctio vsque in fluuium Wazmok et vsque in aquas que Plauerwater nuncupantur vulgariter se extendet. Vt autem donationes predictae semper vobis et ciuitati nostre, que tamquam caput ceteris ciuitatibus tamquam membris iura atque normam iuste viuendi ex diutina et approbata atque prescripta consuetudine distribuit, maneant perpetuo tempore stabiles et illese et ne a quoquam nostrorum successorum vel etiam officiatorum dicte nostre donationes in posterum irritentur, hanc paginam super eo dari et sigilli nostri robore iussimus firmiter communiti. Testes quoque ad premissa vocati specialiter et rogati sunt, spectabilis vir dominus Bartoldus et Henricus eius filius Comites de Hennenberg, nobiles viri Henricus de Schwartzborch et Guntherus de Lindowe Comites, honorabilis vir dominus Segerus prepositus Stendalgenfis nostre curie prothonotarius, Gherardus de Kerckoue et Bertoldus de Buz milites nostri cum pluribus aliis fide dignis. Datum Brandenborch in nostra presentia anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XX<sup>o</sup>. IV<sup>o</sup>. vigilia S. Mathie apostoli, per manum Hermanni de Luchou.

Aut alter Copie. — Gercken's Fragm. march. III, 53 ex orig. Buchholz a. a. D. V, 40. Hufe a. a. D. 484.

**XXXVII. König Ludwig versichert die Neustadt Brandenburg des Rechtes, unmittelbar vom Reiche zu Lehn verliehen zu werden, am 26. Juni 1324.**

Ludovicus, dei gratia Romanorum rex semper augustus, prudentibus viris consulibus et vniuersitati civium Nove civitatis in Brandenburg, fidelibus suis dilectis, gratiam suam et omne bonum. Regia munificentia, licet omnibus esse consueverit liberalis, illos tamen graciosius amplectitur et favore prosequitur ampliori, quos fide, devotione et operis exhibitione sibi fore conspicit promocios. Consideratis igitur fidelitatis et devocionis vestre meritis, porrectis nobis vestris petitionibus benevolentius annuentes, nostri ac illustris Ludowici marchionis Brandeburgensis, primogeniti et principis nostri carissimi, nomine, cui vos devote et humiliter subdidistis, omnia privilegia, libertates, iura et scripta, antiquitus a marchione Woldemaro et prioribus marchionibus Brandeburgensibus vobis tradita et concessa, sicut et rationabiliter sunt tradita et concessa, approbamus, confirmamus, et presentibus litteris innovamus. Ad hec declaramus, diffinimus ac notum facimus vniuersis, quod vos ac civitas vestra cum contingentibus murorum edificiis et toto suo ambitu atque fundo a nullo principe ecclesiastico, archiepiscopo, episcopo vel inferioris gradus prelato et persona, nec etiam seculari, rege, duce, vel inferioris status comite, domino et barone in feudum descenditis, sed immediate ad sacri

Romani imperii et regum ac principum collationem et feodum pertinetis. In quorum omnium testimonium presentes vobis dedimus et sigillo majestatis nostre jussimus communiri. Datum in Franchenfurt. VI. Kalendas Julii anno domini millesimo trecentesimo vicesimo quarto, regni vero nostri anno decimo.

Nach dem Original. — Neuere Aufschrift: „Neo Brandenburgum est immediata imperii civitas, Gercken's Fragm. march. III, 58.

**XXXVIII.** Markgraf Ludwig bestätigt der Altstadt Brandenburg die Plauensche Heide, am 9. Februar 1326.

Ludovicus, Dei gratia Brandenburgensis et Lufacie Marchio, Comes Palatinus Rheni, Dux Bauarie, Sacri imperii Archicamerarius, fidelibus suis et dilectis burgenfibus veteris civitatis Brandenburg universis gratiam suam et omne bonum. Promptitudine vestre fidei, quam non minimam inter ceteros nostri principatus fideles invenimus, strenua exhibitione operis adornatam, favorabiliter inclinati, damus donatione solenni vobis atque posteris vestris in proprium, mericam antiqui Plawe cum univervis lignis, pascuis et cum omni fructu et utilitate perpetuo habendam pleno jure cum univervis intra mericam contentis cujus merice distinctio talis exstat. Protenditur enim usque ad Kuhdam, de Kuhdam usque ad terminos ville Brifiz de talibus terminis in terminos ville Tykov et de illis terminis in terminos curie Gorne et de predicto aggere Kuhdam sursum usque in Obulam. Et ut nullus hominum hanc nostram donationem valeat irritare, presentes super eo confectas vobis ac posteris vestris dare precipimus nostri sigilli robore communitas. Presentes fuerunt nobiles viri domini Güntherus et Vlricus Comites de Lindou, Hermannus de Rhedere, Hermannus de Wulkou, Güntherus de Sandou, Wernerus de Arneborch, milites, et Hermannus de Luchou noster notarius cum aliis fidedignis. Datum Ruppin, anno domini M°. CCC°. XXVI°. dominica invocavit nostra presentia.

Gercken's Fragm. VI. II. 12.

**XXXIX.** Markgraf Friedrich von Meissen verspricht im Falle, daß nach dem Absterben des Markgrafen Ludwig die Neustadt Brandenburg und das dazu gehörige Land an ihn kommen werde, die Privilegien der Neustadt Brandenburg aufrecht zu erhalten, am 15. Juli 1327.

Wir Friderich, von Gotis Gnaden Lantgrave zu Duringen Maregrave zu Misne und in dem Osterlande und Herre in dem Lande zu Pflisne, bekenne ofenliche an diesem Bryfe: Gesche, daz di Stad und das Land zu Nuenbrandenburg an uns gevile von Tote unfers Swagers, Marcgraven Ludewigis von Brandenburch, als sie uns gelobt und gefworen haben, daz wir die selbe Stad, daz Land und die Lute lazen schulen bie allem Rechte, bie aller Friheit und bie aller guter Gewonheit, die sie gehabt haben bie den alden Maregraven von Brandenburch und bie Marcgraven Ludewige, unfeme Swager, deme vorgnanten, die sie mit Bryfen bewisen mogen. Zu eynem Orkonde hab wir in disen Bryf gegeben, vorinsigeld mit unfeme Insi gele. Dabie gewest sin unse Herre.